UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

nis, & renunciationis, & ſemper facienda eſt alia interpretatio, quam donationis per ſupra dicta. Et ideò quãuis do. Poeta & eius hæredes poſt prædictam cõ feſſionẽ, & renunciationem diu poſſederint, tamen præſumendum eſt illos ex alia cauſa poſſediſſe, quam ex cauſa primæ uenditionis, cum uenditio fuerit nulla, & poſt eam non ipſe do. Poeta, ſed Andreas venditor poſſederit. Et cum ipſe do. Poeta eſſet tũc ualde potens tanquam unus de numero ſexdecim uirorũ, qui quicquid uolebant, conſequebantur, præſumi poterit ipſum poſt dictam confeſſionem per potentiam, & coactè inuitis Andrea, & hæredibus ſuis poſ ſediſſe. Accedat ad propoſitum noſtrum illa vera, &
12 communis doctrina Bar. & aliorum, quòd † quando uẽditor poſt uenditionem in poſſeſſione remanſit, & ſemper actualiter poſſedit, uenditio præſumitur ſimulata, & fictitia, niſi uenditor, & alienator emptori de fructibus reſponderit: ita in terminis dicit Bart. in d. §. ſuperuacuum. per tex. in l. litibus. C. de agrico. & cenſi. lib. 11. & in d. l. poſt contractum. & Specula. hoc confirmat in tit. de donat. §. 1. verſi. ego dico, ꝙ ſi. Sed, ut mihi in facto præſupponitur, poſt cõfeſſionem, & renunciationem à do. Poeta in fauorem Andreæ factam, & eo tempore, quo do. Poeta, & ſui hæredes poſſediſſe dicũtur, fuit per ipſos dicto Andreæ, uel hæredibus ſuis certis temporibus de fructibus, & redditibus dictæ rei reſponſum, ergo dicta confeſſio, & renunciatio per do. Poetam facta non fuit ſimulata, nec ficta; ſed uenditio præambula eſt illa, quæ fuit ſimulata, & imaginaria. ¶ Succurrit etiam ultra præ-
13 dicta unum aliud, † nã quamuis iuramentum ſuper contractu interpoſitum non tollat contractus ſimulationem, ut ſupra dixi, tamen illud eſt uerum, quando ſuper contractu fuit ſimpliciter, & generaliter iuratum, ſecus ſi ſpecialiter fuiſſet iuratũ omnia, & ſingula in inſtrumento contenta fore, & eſſe uera, ut in terminis inquit Ioan. de Imo. & ibi refert, ac ſequitur Alex. in l. nemo põt. ff. de lega. 1. & habetur per Imol. in d. c. ad noſtram. circa fi. & per dictos Moder. Vero. in d. tracta. ſimulat. in 7. præſumptione. circa fi. cum multis aliis ſimilibus, iuramẽtum enim ſic interpoſitum præſumptionem ſimulationis, & fraudis tollit, ac ceſſare facit. Sed in dicto inſtrumento cõfeſſionis, & renunciationis per do. Poetam factæ ipſe iurauit ſpecialiter omnia, & ſingula in inſtrumẽto contenta fuiſſe, & eſſe uera, ergo &c. ¶ Supereſſet nũc reſpondendum adductis in contrarium, uerum ꝗa ex ſupra dictis clara apparet reſponſio, & ut plenè demonſtraui, ſi illa rectè conſiderẽtur, non faciunt in cõtrariũ, ſed opinionẽ, quam ſequutus fui, confirmant, ne ſæpius idem repetatur, aliter in hoc inſiſto, ſed concludo iudicandum eſſe ad fauorem hæredum dicti Andreæ, ad quos ſpectat poſſeſſio illa, de quo nũc lis uertitur nõ obſtante eo, ꝙ do. Poeta poſt confeſſionem, & renunciationẽ ab eo factam nõ remanſerit in poſſeſſione, ſed poſſidere tunc dictam rẽ cœperit, & hæredes illius actualẽ patris ſui poſſeſſionem continuauerint, nam cũ hæredes dicti Andreæ cõmodo, & poſ ſeſſione dictæ rei in præteritũ fuerint contra ius, & illegitimè priuati, inconueniens eſſet, quod ẽt in futu-
14 rum priuarentur, ſiquidem † afflictio afflicto addi nõ debet. c. cũ percuſſio. 7. q. 1. l. diuus. ff. de offi. præſid. & l. tam de mentis. C. de epiſcõ. audien. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Requiſitio, & denunciatio non eſt neceſſaria in eo, qui per notorium, & publicam proſcriptionem, uel aliter eſt cercioratus: & quando hoc uerum ſit num. 23.*

2 *Appellatio ad Papam interpoſita quomodo, & quando appellato ſit intimanda.*

3 *Notoria, & manifeſta res efficitur per proſcriptionem publicè, & palàm claris literis propoſitam.*

4 *Certioratio in notorijs non, requiritur: & quando hoc ſit ... numero 24.*

5 *Nec citatio, neque monitio. Contra num. 36.*

6 *Diſpoſitio pœnalis, quæ ſimpliciter ad alium caſum ext... an quoad pœnam etiam extendatur. & num. 27.*

7 *Requirendus ad faciendum aliquid quòd tacitè requiratur ... cit: & quomodo hoc ſit uerum. num. 31. & 32.*

8 *Proteſtatio, ſeu denunciatio eſt quadruplex.*

9 *Proteſtatio ſeu denunciatio incitatoria, uel inuitatoria ... ad quid fiat, & nume. 21.*

10 *Denunciatio, ſeu requiſitio ex diſpoſitione ſtatuti ... no, uel coniuncto à uolente domum, aut rem alienare ... tur incitatoria, ſeu inuitatoria, & ad fauorem ... cti dicitur introducta, num. 19.*

11 *Requiſitio, ſeu proteſtatio incitatoria, vel inuitatoria ... actum neceſſaria non tollitur ex ſimplici ſcientia ... requirendi.*

12 *Proſcriptio palàm, & publicè facta rem ad notitiam ... tiam ſimpliciter deducit, non autem inuitat, neque ...*

13 *Requiſitio in ſcriptis, aut coram teſtibus facta requiritur ... tandam pœnam, quando ex pacto, vel ſtatuto ... rem vendere ſub pena tenentur, licet de requiſitione ... nihil expreſſè ſit cautum.*

14 *Scientia, & notitia ſimplex non ſufficit, ſed neceſſaria eſt ... tio, ſeu denunciatio, quãdo hæc eſt de forma, & de ſubſtantia ...*

15 *Idem, quando lex denunciationem exigit.*

16 *Emphyteota poteſt ius ſuum emphyteoticum abſque conſenſu do... mini venale proponere, licet abſque dicto conſenſu vendere ... queat.*

17 *Quæ ſunt de forma, & ſolemnitate actus maximè à ſtatuto intro... ducta, debent ad vnguem obſeruari, aliàs nullum eſt ... quicquid factum eſſet.*

18 *Intimare perſonaliter, vel ad domum, & intimare ... publicè, ſeu palàm aliquid proponendo, ſunt diuerſa.*

20 *Forma, & ſolemnitas à lege, uel ſtatuto in fauorem ... in... troducta eſt omnino ſeruanda, niſi fuerit illi renunciatum ... in cuius fauorem fuit introducta.*

21 *Denunciatio, ſeu requiſitio incitatoria qualiter, & cui fieri de... beat.*

22 *Citatio per edicta publicè facta regulariter non ſufficit in ... quibus perſonalis requiritur, niſi in caſu ſpeciali ...*

23 *Certus quòd non debeat amplius certiorari, quomodo ...*

25 *Proſcriptio, & propoſitio palàm, & publicè facta quando ... operaretur, quòd intimatio perſonaliter, vel ad domum facta.*

28 *Pœna appoſita in principio alicuius ſtatuti pœnalis ... tur etiam reperita in aditione poſita in fine illius ſtatuti, & nu... mero 29.*

30 *Annullatio actus non in odium alicuius, ſed ob defectum ſolemnita... tis non eſt propriè pœna.*

32 *Denunciatio, ſeu requiſitio tacita non ſufficit, quando pro forma ... & ſubſtantia requiſitio, & denunciatio, ſeu proteſtatio ... toria eſſet neceſſaria.*

EPITOME.

STATVTO Bononienſi ſub rubrica de rebus ... munibus inter coniunctos niſi certo modo non ... nandis diſponenti, quòd uolens uendere domum ... vel rem aliam &c. teneatur coniunctum, ... per ſe, vel per alium perſonaliter, vel ad domum re... quirere, aliàs uenditio, & alienatio ipſo iure non ua... leat in præiudicium coniuncti, vel uicini non requiſi... ti, non dicitur ſatisfactum, ſi palàm, & publicè ... literis res, uel domus fuerit uenalis propoſita ... do cedulã, in qua uulgariter ſit ſcriptũ, Da Vende...

CONSILIVM CLXXI.

CIRCA dubium propoſitum, an ſatisfa... ctum ſit ſtatuto poſito ſub rubrica de ... bus communibus inter coniunctos ... certo modo non alienandis. in §. fi. ... bens domũ diuiſam, ꝗ fuit à principio ſub uno ...

ra, & iuſto, palam, & claris literis, ut ſolitū eſt, proſcri
pſerit domum ſuam eſſe uenalem, apponēdo ante do
mum cedulam, in qua vulgariter ſit ſcriptum *da vende-*
re, & notorii eſt in hac ciuitate, & maximè qn̄ alius
uicinus, ſeu cōiunctus, qui habet aliam domum, quæ
fuit de parte dictæ domus, huius ꝓſcriptionis
plenā notitiā habuit, prout in dubio habuiſſe præ
ſumitur: qm̄ talis proſcriptio palam facta inducit no-
torium, & rem facit manifeſtam taliter, ꝙ ad omniū
notitiam perueniſſe præſumitur, ut eſt bonus tex. in l.
ſed & ſi pupillus. §. 1. ibiq; Bar. Alex. Paul. de Caſt. &
alij. ff. de inſtitu. videtur brima facie dicta ſtatuto
ſatisfactū fuiſſe, nec ꝙ alia requiſitio, ſeu denūciatio
1 a ſtatuto prædicto requiſita ſit neceſſaria. Nā † requiſi
tio, ſeu denūciatio fit ad finem, & effectū, vt uicinus,
ſeu coniunctus certificetur, ut poſſit, ſi uelit, emere,
ergo ſi per notorium, & talem proſcriptionem fuerit
certificatus, nō erit neceſſaria alia requiſitio, nec de-
nunciatio, qm̄ eum, qui certus eſt, certiorari vlterius
non oportet. c. eum, qui certus. de regu. iur. in 6. ubi gl.
inquit, non ſolum eum, qui certus eſt, ſed etiā, qui cer
tus eſſe debet, non eſſe vlterius certiorandū, quia nō
eſt neceſſarium ſingulorum auribus intimari id, qđ
eſt publice promulgatum per tex. in d. l. ſed & ſi pupil
lus. & c. quod dicitis. 16. diſtin. & ad propoſitum eſt
2 tex. notabilis in clem. cauſam. de electio. in fi. † ubi ſi
de electione, ſeu poſtulatione fuerit ad Papam appel-
latum, debet intimari appellato, ut ad eius notitiam poſ
ſit peruenire, & debet intimatio perſonaliter fieri, ſi
appellatus ſit præſens, aut ad domum, uel publicè, &
appellationem in loco publico proponēdo, & in
timatio aliter facta non ualet, nec cauſa per appella-
tionem cenſetur ad ſedem apoſtolicam deuoluta, ni
ſi ad appellatū eius certa, & plena notitia perueniſſet.
Idem habet locū in aliis caſibus, in quibus intima-
tio facienda requiritur: & ſic ibi caſus pro hac opinio-
ne conſideretur, qm̄ ut ibi dicit gl. in uer. certa. ex quo
quis certus, ulterius non debet certificari. ¶ Præte-
3 rea faciendo † per talem proſcriptionem publicè, &
palam, clariſque literis propoſitam res efficitur noto
ria, & manifeſta. d. l. ſed & ſi pupillus. §. 1. ubi hoc fir-
4 mant Alex. Paul. de Caſt. & alij, ſed † in notoriis non
requiritur alia certioratio, quoniam notorium facit
rem præſumi ad notitiam perueniſſe, ut ibi per Bar. c.
cum poſtul. præla. & c. in tua. qui matrim. accuſa. poſſ.
5 cum ſimil. per Alex. in d. §. 1. adductis. item † in noto-
riis monitio, & citatio non requiritur cap. cum ſit
Romana. in fi. ubi not. extra de appella. ergo ultra talē
proſcriptionem publicæ factā alia requiſitio non eſt
6 neceſſaria. ¶ Tertio † ubicunque diſpoſitio pœnalis
ſimpliciter ad alium caſum extenditur, non dicitur
extendi quoad pœnam, ſed ſolum quoad diſpoſitio-
nem & deciſionem, ut eſt tex. cum gl. in ver. ſanctiori.
in clem. 1. de uita, & honeſta. cleri. nam in pœnali-
bus non debet extenſio fieri, cap. in pœnis, & c. odia.
de regu. iur. in 6. ſed caſus noſter à ſtatuto compre-
henditur per modum extenſionis ſimpliciter, ergo
pœna annulationis, de qua in ſtatuto, non debet in-
7 telligi repetita. ¶ Quarto hoc ſuadetur, † nam ubi-
cunque quis eſt ad aliquid faciendum requirendus,
ſufficit ſi tacitè requiratur, ueluti ſi dicam debitori
meo, ego indigeo pecunia, quam tu mihi debes, ex
hoc. n. in mora conſtituitur, quia cenſetur ex his uer-
bis requiſitus, & incitatus, ut mihi ſoluat, ueluti cōclu
dit Bar. quē alij cōmuniter ſequūtur in l. ſiquis mihi
bona. §. pater Seio. ff. de acquir. hęred. & in l. nō ſolū. §.
morte. i materia denūciationis incitatoriæ. ff. de noui
oper. nuncia. Sed ex eo, ꝙ publicè, & palā fuit proſcri
ptū domum eſſe venalem, cēſetur uicinus, uel cōſan
guineus certioratus, ac ēt ad emendū tacitè inuitatus,
cum huiuſmodi cedule ſolum proſcribantur, apponā
tur ad effectum, ut homines ad emendum incitētur,
ſeu inuitentur, ergo &c. ¶ Præmiſſis tñ non obſtanti-
bus, cōtrarium in caſu noſtro verius eſſe arbitror, ꝙ
per appoſitionem, & proſcriptionē dictæ cedulæ diſ-
poſitioni ꝑfati ſtatuti, illiuſq; formæ nō fuerit ſati-
ſfactum, & ad ita cōcludendū moueor ex pluribus, ꝑ-
8 ſupponēdo prius, ꝙ † denunciatio, ſeu proteſtatio eſt
quadruplex, alia. n. eſt declaratoria volūtatis proteſtā
tis, alia prohibitoria, ſeu inhibitoria, ne quid fiat, alia
certificatoria eius, quod eſt, uel nō eſt, & alia incitato
ria, ſeu inuitatoria, ut aliquid fiat, ut colligit̄ ex iis, quæ
Bart. & cōmuniter legiſtæ tradunt in d. l. nō ſolum. §.
morte. & canoniſtæ poſt Innocen. in c. cum M. Ferra-
9 riēſis. de conſtitu. & † hæc proteſtatio incitatoria fit il
li, qui de iure eſt obligatus, aut nō eſt obligatus facere
id propter quod fit proteſtatio, nec aliquo modo ad
id faciendum compelli poterat, ut uoluit Bar. in d. §.
morte. & Abb. poſt do. Anto. in d. c. cum M. Ferrarien
10 ſis. † de qua proteſtatione, ſeu requiſitione incitatoria
uel inuitatoria propriè loquitur ſtatutum prædictum,
uidelicet quando quis uolens rem ſuam, uel eius par-
tem uendere ex diſpoſitione ſtatuti, uel uirtute pacti
vicinum, ſeu cōſortem, aut conſanguineū requirere
tenet̄, ut eſt expreſsè de mēte Bar. in d. §. morte. in ma
teria ꝓteſtationis incitatoriæ in illo mēbro, qn̄ ea fit,
ut quis facir id, ad qđ non erat de iure obligatus, nec
aliquo modo ad id faciendū poterat cōpelli, & fit ad
commodum, ſeu excuſationem ipſius denunciantis,
non tñ ad damnum, neq; ad incōmodum eius cui fit
talis proteſtatio, & requiſitio, allegando l. qui Romę.
§. cohæredes. ff. de uerbo. oblig. & l. fi. C. de iure emph.
quæ iura propriè loquuntur de hac requiſitione inci-
tatoria, de qua ſtatutum prædictum loquitur, ueluti
colligitur etiam ex uerbis ſtatuti ibi teneatur per ſe,
uel alium requirere talem coniunctum perſonaliter,
uel ad domum, ſi uult eam rē emere, & expectare per
quindecim dies &c. Forma ergo requiſitionis debet
continere, ſi uelit coniunctus emere, & conſequen-
ter debet eſſe talis, per quam incitetur quis ad emen-
dum, & ſic ad id, quod is, cui proteſtatio, & requi-
ſitio erat facienda, non erat obligatus, neque com-
pelli poterat. iuxta l. nec emere. C. de iure delib. &
clarè colligitur ex uerbis Bart. in d. §. morte. & Iaſo-
nis in d. l. fin. C. de iure emphyt. His ſtantibus, con-
cluſionem ſupra traditam multipliciter confirmo,
11 & in primis, nam † quando ad actum eſt neceſſaria re-
quiſitio, ſeu proteſtatio incitatoria, & inuitatoria,
tunc non ſufficit, quòd res, ſeu actus ad ſimplicem
notitiam, & ſcientiam illius, qui requiri debebat de-
uenerit, niſi etiā ad hoc inuitetur, ſeu incitetur, alio-
quin non diceretur incitatoria, quæ non eſt abſque
denunciatione, ſed certificatoria, quæ tamen penitus
& in ſubſtantia inter ſe differunt, tanquam ſpecies
diuerſæ, nam quæ differunt ſpecie, in ſubſtantia diffe
runt, argumento not. in l. fin. ff. de fundo inſtruc. ita
uoluit Bart. in d. §. morte. in materia incitatoriæ, &
faciunt not. per Bar. in l. denunciaſſe. ff. de adult. cum
12 ſimilibus. Sed † ex proſcriptione palam facta, ſeu ex
appoſitione cedulæ, qua res uenalis palam iuxta mo
rem proponitur, res ſimpliciter ad notitiam, & ſcien
tiam deducitur, quia ſic res notoria, & manifeſta ef-
ficitur, d. l. ſed & ſi pupillus. §. 1. ibique Bart. Alex. &
Paul. de Caſt. & probatur d. clem. cauſam. cum ſimili-
bus ibi allegatis. nō autē quis inuitatur, nec ad emen
dum requiritur, ut patet ex uerbis proſcriptionis, qui
bus duntaxat dicitur *da vendere*, ergo non poteſt per
talē proſcriptionem dici ſatisfactum dicto ſtatuto re-
quiſitionem, & denunciationem incitatoriam expo-
ſcenti. ¶ Secundo hoc probo in fortiorib. terminis ex
ijs,

ijs, quæ habentur in d.l.qui romæ. §. cohæredes. ff. de
13 uerb.oblig.† ubi ſi ex pacto, idem ſi ex ſtatuto, ueluti
doct.aliqui ibi inferunt, teneantur inter ſe rem communem, uel uicinã uendere ſub pęna, abſq; eo, quod
per pactum denuntiatio, ſeu requiſitio alterius cõſortis expreſsè requiratur, ſi alter ex his uelit partem ſuã
uendere, ad euitandam pęnam, & ut poſſit, cui uelit,
impunè uendere, debet in ſcriptis, uel coram teſtibus
alium requirere, & denunciare, illum ad emendũ incitando, & inuitando, ut eſt ibi caſus adeò, ꝙ non ſufficeret ad illius notitiã ſimpliciter deueniſſe, ꝙ is uellet uẽdere, ut ibi per doct. Si ergo hoc dicamus in eo,
qui tenetur uendere uni abſq; eo, quod expreſsè cautum ſit, ꝙ requirere teneatur, idem magis dicendum
eſt in caſu noſtro, in quo ultra quod alter teneatur alteri uendere, tenetur ẽt ex diſpoſitione ſtatuti requirere, ſeu incitare uicinũ, uel conſanguineũ, ut emat.
Sola igitur notificatio, ꝙ res ſit uenalis, non erit ſuffi-
14 ciens. ¶ Tertio† ubicunq; denunciatio, ſeu requiſitio
eſt de forma, uel de ſubſtantia, nõ ſufficit ſimplex ſciẽtia, & ꝙ res ad notitiam deuenerit, ſed neceſſaria eſt
requiſitio, & denunciatio: Secus ſi ſola ſcientia eẽt de
ſubſtantia, ut not. declarat Bart. poſt Dyn. & alios in
l.qui uxori.§.quid ergo. ff.de adult.ſed in terminis dicti ſtatuti denunciatio, ſeu requiſitio eſt de forma, tũ
quia ſtatutum illam appellat formam, ut ibi, & ſi alienatio contra dictam formam &c. tum quia ſtatutum
apponit clauſulam annullatiuam, argumẽto eorum,
quæ uolunt Alex.& alij in l. 1.ff.de lib.& poſth.& Moder.in c.cum dilecta. de reſcrip. ergo non ſufficiet ad
ſcientiam, & notitiã deueniſſe, quod fit per talem proſcriptionem palam factam, ſed neceſſaria erit denunciatio, & requiſitio perſonaliter, uel ad domũ facta,
15 ut in ſtatuto hr̃.Et † dicit Bal. in c. 1.ſi de feu.uaſal.ab
ali. interpel.fuer. ꝙ ubicunq; lex denũciationem exigit, non ſufficit ſola ſcientia, qñ tunc denunciatio dicitur eſſe de ſubſtãtia. ¶ Quarto pro hac opinione, ꝙ
non ſufficiat rem publicè uenalẽ exponere, ſed opus
16 ſit etiam requirere, ac denunciare, † pondero doctrinam ſingularem Abb.in c.potuit.in 1.notab.in fi.uer.
de locato. quam refert, & ſequitur Iaſ.in d.l.fi.C.de iure emphy.in 5.not.qui dicunt, ꝙ ante, quàm emphyteota uolens ſua melioramenta uendere dominũ requirat, iuxta d.l.fi.& d.c.potuit, poteſt abſq; conſenſu
domini ius ſuum uenale alijs proponere, licet nõ poſſit ſine domini conſenſu ius ſuum emphyteoticũ, &
melioramenta alienare: Clarè ergo ex hoc colligitur,
ꝙ in caſu, in quo uolens rẽ ſuam alienare tenetur de
iure aliũ requirere, ſi uelit emere, neceſſaria eſt requiſitio, & denunciatio, neç ſufficit rem fuiſſe publicè uenalẽ propoſitam, ut infertur ex uerbis Ab. & Iaſ.in dictis locis uolẽtium requiſitionẽ, & denunciationem
eſſe neceſſariam ſecundũ formam d.l.fi.& d.c.potuit.
quamuis ẽt propoſitio rei uenalis publicè, & palam fa-
17 cta præceſſerit. ¶ Quinto † illa, quæ ſunt de forma, &
ſolemnitate actus, & maximè qñ forma fuit à ſtatuto
introducta, debent ad unguẽ obſeruari, alioquin qcquid eſt factum, eſt ipſo iure nullum.l.Iulianus.§.ſi qs
rẽ.ff.ad exhib.c.in ueditionibus. 17.q.4. & hoc clarè
uoluit Bal.in c. 1.poſt glo.in uer.uocationẽ. de milite
uaſal.in uſu feudo. & hr̃ per Alex.in conſ.43.in 7.col.
uolu.1.per Mod.in d.c.cum dilecta. de reſcript. & per
legiſtas in d.l. 1.de lib. & poſthu. ſed denunciatio, ſeu
requiſitio, ſi uelit emere, perſonaliter, uel ad domum
facta, eſt in caſu noſtro de ſubſtantia, ut habetur in dicto ſtatuto, & ſupra dixi: ergo ſi non fuerit obſeruata,
alienatio aliter facta nulla erit, ueluti ſtatutum ẽt expreſsè cauet: Quæ forma non poteſt dici per dictam
appoſitionem cedulæ obſeruata, quoniam poſito ſine ueritatis prẹiudicio, quòd per talẽ proſcriptionẽ

res poſſit dici ad notitiã deducta, & fortè etiã ui
ſeu conſanguineus requiſitus, ut emat, non ta
ci poteſt, ꝙ fuerit requiſitus perſonaliter, uel ad
18 ut expoſcit ſtatutum, nam † penitus diuerſa ſu
mare perſonaliter, uel ad domũ, & intimare p
bendo publicè, ſeu palam aliquid proponẽdo
tanquam penitus diuerſa cõſiderat tex.in d.cle
ſam.de electio. & in clem. 1.de foro cõpeten.
19 cõſidero, † ꝙ hæc forma requiſitionis fuit à
troducta ad fauorẽ vicini, ſeu cõſanguinei
tur ex dicto ſtatuto, maximè ibi, & ſi alien
dictã formã, ipſo iure non ualeat in pra
requiſiti, ut ſupra. Ergo hæc forma requ
ta fuit, ne ex alienatione alteri facta prẹiu
no, uel cõſanguineo: in quibus aũt hoc p
verteretur, colligitur ex iis, quæ tradit Sali
dum.C.de contrah.emp.& ꝙ hæc forma re
ſit fauore uicini, uel cõſanguinei require
colligitur etiam ex tex.cum ibi not. in d.l.fi.C.
emphyt.in d.c.potuit, & in l. 1.C. de cõmu.re
20 cum ſimilibus. Sed † vbicunque forma, & ſo
eſt à lege, uel ſtatuto in fauorem priuatũ intro
illa eſt omnino obſeruanda, niſi fuerit ei renũ
ab illo, in cuius fauorem fuerit introducta, gl
lis in c.in cauſis. de offi.delega.cum ſimi.ibi alle
Ergo in caſu noſtro ad validitatem alienatio
ſufficiet eũ, qui rem cõmunem, vel domũ, quæ
cipio fuit ſub uno cõtextu, & tecto, vult uend
blicè rem propoſuiſſe venalẽ abſque eo, qđ aliter p
ſonaliter, uel ad domũ requiſiuerit, nam ſi
queretur, ꝙ in poteſtate venditoris fuiſſet, & ſ
in cuius fauorẽ forma requiſitionis nõ fuit
illi renũciandi: quod nõ eſt dicẽdum. Et
hanc formã continere ẽt fauorem volent
adhuc dico, ꝙ per proſcriptionẽ publicè
nõ potuit forma à ſtatuto inducta tolli, cum
etiam inducta in fauorem vicini, & conſangui
quirẽdi, ut ex prædictis apparet, & ideò illius
conſenſus ad eam formam remittendam neceſſ
fuit per not. in d.c. in cauſis. ¶ Præterea, & ſepti
21 † denunciatio incitatoria, qualis eſt illa, quæ
to requiritur, de iure communi fieri debet
pali, uel eius procuratori ad tradita per Bal. in d.
morte.in penul. colum.& eſt glo. in l.aut qui
1.ff. quod ui, aut clam. Ex forma autem ſtatuto
huius ciuitatis debet fieri perſonaliter, uel ad do
mum, ut in ſtatuto, de quo agitur, item debet
ſcriptis per inſtrumentum, uel aliam public
pturam, vt in ſtatuto poſito ſub rubrica de pro
nibus in fine, ergo ex propoſitione cedulæ
& publicè facta non dicetur ſtatuto ſatisfact
illa nec perſonaliter, neç ad domum requir
per inſtrumentum, uel publicam ſcripturam
catur, ut colligitur ex d. clemen. 1.de foro co
& d. clementi.cauſam, & eſt bonus textus
22 in clementi. 1. de iudi.† ubi ſpecialiſſimus ca
in quo tantũ operatur citatio facta per edi
propoſita, quantum citatio perſonalis, ſed
in caſibus, in quibus citatio, ſeu intimatio
requiritur, non ſufficit facta publicè, argu
ſed & ſi pupillus.§.conditio.ff.de inſtitor.cap.
tes.de electio.in 6.& eſt bonns tex. cum gl.in d.c.
dilecta. de reſcrip.quòd quando aliquid eſt p
ter faciendum, non poteſt id aliter fieri niſi p
conſentientibus. Et ex his remanet firma co
ꝙ per appoſitionem dictæ cedulæ publicæ, &
propoſitæ, nõ dicitur formæ ſtatuti ſatisfactum
alienatio ſit nulla, & inualida. ¶ Et ſequẽdo ha
tem, ſupereſt, ut adductis ſupra in contrarium
deamus. Et in primis nõ obſtat primum funda

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

qm̃ requiſitio, quæ ex forma ſtatuti fieri debet, non ſo
lum fit ad finem, ut res ad notitiam, & ſcientiã dedu-
catur, ſed etiam ut ad emendum incitetur, & inuite-
tur, cum ſimus in denunciatione incitatoria, in qua
non ſufficit quem eſſe certioratũ, ſed ulterius denun
ciari requiritur, ut ſupra fuit in primo fundamento
23 dictum. Nam † illa regula, quæ habet, ꝙ certus nõ de
bet certiorari, procedit uel in denunciatione certifi-
catoria, uel in ꝓteſtatione, q̃ fit ad aliquẽ certificãdũ,
& non in incitatoria, ueluti declarat Bar. in d. §. mor-
te in ſecund. & in l. ſi quis uxori. §. 1. ff. de adult. & eo-
dem modo uidetur tex. in d. clem. cauſam. ꝙ loquatur
in caſibus, in quibus denunciatio, uel intimatio ſolũ
ad effectum certiorandi requiritur, nã tunc intima-
tio quidẽ non eſt neceſſaria, ſi quis aliter ſit plenè cer
tus, & ita in terminis illum tex. intelligit, atque decla
rat Ioã. de Imo. ibi in notabilibus. Non obſtat d. l. ſed
& ſi pupillus. §. 1. qm̃ non loquitur in caſu, in quo re-
quiritur intimatio incitatoria, ſed ꝓhibitoria, atque
inhibitoria, ut ibi, uel loquitur in denunciatione de-
claratoria per prædicta. Præterea non loquitur, quan
do intimatio perſonaliter, uel ad domũ pro forma a-
ctus requirebatur, prout ĩ caſu noſtro requirit̃. ¶ Nõ
obſtat ſecundũ, ꝙ per talem proſcriptionẽ publicè fa
ctã res efficiatur notoria, & ideò alia certioratio non
24 requiratur, quia, ut ex prædictis colligitur, † hoc eſt
uerum quando ſola certioratio requiritur, nam cum
per notorium ſit certioratus, nõ debet ulterius certio
rari per prædicta, ſed quando ultra certioratione re-
quiritur incitatio, uel inuitatio ad aliquid faciendũ
perſonaliter, uel ad domum facta, ut in caſu noſtro,
tunc ex ſimplici notorio non dicitur ſatisfactũ, ut col
ligitur ex no. per Abb. in d. c. potuit. cũ aliis ſupra de-
25 ductis. Præterea † illis caſibus, quibus proſcriptio, &
propoſitio palam, & publicè facta tantũ operat̃, quã-
tum intimatio pſonaliter, uel ad domũ facta, hoc ꝓ-
cedit, quia proſcriptio, & propoſitio facta fuit exp̃ſsè, &
ſpecificè per uerba perſonalia, & non per imperſona-
lia, & generaliſſima, ut eſt tex. in d. clẽ. cauſam. & in
d. clemen. de iudi. & de foro competen. cum ſimili-
bus. Et propterea ſi publicè proſcriptum fuiſſet, quali
ter talis uolebat uendere domum, & ad hoc require-
bat Vincentium conſanguineũ ſuum, uel uicinũ, for
te pro ea intimatio ſatis fuiſſet, quoniam eſſemus in ca
ſu d. clemen. cauſam cum aliis, ſed in caſu noſtro pro
ſcriptio fuit concepta per uerba imperſonalia, gene-
raliſſima, & multũ ambigua, ut de ſe patet, ergo &c.
26 Rurſus uerũ non videtur, † ꝙ in notoriis citatio non
requiratur, ut no. in d. c. cũ ſit. in fi. & eſt tex. ibique gl.
& docto. in d. c. ad noſtrã. il 3. de iureiuran. ¶ Non ob-
ſtat tertiũ fundamentũ de tex. cũ glo. in cle. 2. de uita,
27 & honeſta. cleri. in fi. qm̃ dico, ꝙ † ubicũq; diſpoſitio
pœnalis de caſu ad caſum extenditur, dr̃ ẽt extendi
quoad pœnam, ut probatur, argumento not. ꝑ gloſ.
communiter approbatam in l. ſi quis ſeruo. C. de ſer-
uis fugi. & ex tex. cum glo. in c. quanquam. de uſur. in
6. in quantum illa diſpoſitio etiam ad facientem co-
dicillos extenditur. l. filium habeo. ff. ad macedon. &
ita probant iura extenſionem in pęnalibus admittẽ-
tia ad tradita per Ioan. Andr. in c. penult. qui fil. ſint le
gi. & ꝑ eundem, & Gem. in c. 1. de homicid. in 6. ꝑ Fe
lin. in c. tranſlato. de conſtit. & facit notabile dictum
Abb. in c. 4. de priuile. uolentis, ꝙ diſpoſitio c. cũ æter
ni puniens non facientes iuſtitiam extendatur ẽt ad
negligentes, quorũ negligentia in factũ reſoluitur, &
hæc extenſio fit ẽt quoad pœnam, uidelicet ut pœna
ſuſpenſionis puniantur, & hoc puto ueriſſimũ eſſe, ut
eſt de mente gl. in c. de multa. in uer. in eadẽ. de ꝑben.
28 quam ſequitur Abb. ibi in fin. 4. col. dicẽs, † ꝙ quãdo
in fine alicuius ſtatuti pœnalis fit aliqua additio, pœna
principio appoſita uidetur in illa additione repetita:
& additio fieri dicitur non ſolum per illa uerba adii-
cientes, ſed etiam ꝑ illa idem iudicãdũ eſſe uolumus,
uel idem dicimus ſeruari debere, ut ibi per Abb. Nec
prædictis aduerſatur tex. in d. clem. 2. cũ gl. quia dici
poteſt illum non loqui, quãdo diſpoſitio pœnalis ex
tendatur de caſu ad caſum, nec quando per modũ ex
tenſionis procederetur, ſed per modum additionis,
uidelicet quando primæ deciſioni, & ſanctiori legis
lator, ſeu ꝯditor canonis aliũ caſum cũ deciſione il-
lius adderet, nam tunc pęna poſita in prima ſanctio-
ne non cenſeretur in additione facta repetita, & ita ꝓ
priè loquit̃ illẽ tex. cum gl. & aliud eſt extẽſio de uno
caſu ad alium, & aliud additio noui caſus, & nouæ de
ciſionis. Præterea cũ ſtatutum in terminis noſtris in fi
ne dicat idẽ eſſe ſeruandum, quod ſupra dictum fuit,
ſequitur, ꝙ debet intelligi idem eſſe per omnia ſeruã
dum, & maximè quoad annullationem actus, de qua
29 ſtatutum ſupra loquitur, nam † ubi lex ſtatuendo di-
cit idem eſſe ſeruandum, uel idem eſſe, debet intelli-
gi, ut uelit, eandem eſſe iuris diſpoſitionem etiã quo-
ad pœnam, ut no. declarat Abb. in d. c. de multa. in fi.
prin. & arg. l. cum hi. §. ſi uni. in uerſi. idẽ cum glo. ff.
de tranſactio. §. ſinautem. Inſti. de ſatiſd. tut. c. extirpã
dæ. de præb. & l. de diuiſione. ff. ſol. mat. nec aliter ſta-
tutum in caſu noſtro iudicio meo poteſt intelligi: &
ita uerum eſſe arbitot, quicquid uoluerit glo. in d. cle
men. 2. quæ ſecundum Abb. in d. c. de multa nõ bñ lo-
quitur. Adde, ꝙ & ſi illa gl. eſſet uera, tamen nõ facit
30 ad caſum noſtrum, qm̃ † annullatio actus propriè pę
na eſſe non dicitur, ut uolunt ſcriben. maximè Mod.
in c. 2. de conſtitut. ubi Abb. poſt Bal. inquit, ꝙ quan-
do actus annullatur non in odium alicuius, ſed in de
fectũ ſolẽnitatis, prout fit in caſu noſtro, tũc annulla
tio actus non eſt pęna. ¶ Nõ obſtat ultimũ fundamẽ
31 tum, quia reſpondeo, † ꝙ ex denunciatione, ſeu noti
ficatione tacita qs poteſt dici inuitatus, & inuitatus
adeò, ꝙ in mora dicatur conſtitui, quãdo aliqua uer-
ba eſſent ſpecialiter, & expreſsè ad eũ directa, qui re-
quiri, & cui denunciatio fieri debebat, ut quando cre
ditor debitori ſuo dixiſſet, ego indigeo pecunia, quã
tu mihi debes, nam per hæc uerba ſpecialiter, & ex-
preſsè ad debitorem directa ipſe dicitur ad ſoluendũ
incitatus, & inuitatus, & ex hoc in mora conſtituitur
perinde, ac ſi eſſet interpellatus, ut ſolueret, & ita pro
priè loquitur Barto. in d. l. ſi quis mihi bona. §. pater
ſeio. in d. §. morte. & in l. hoc modo. ff. de lega. 1. ſecus
ergo, quando uerba eſſent imperſonaliſſima, & gene
raliſſima, nec ad requirendum directa, prout contin
32 git in caſu noſtro. Præterea † in his caſibus, in quibus
requiſitio, & denunciatio, & ſic proteſtatio incitato-
ria eſſet pro forma, & ſubſtantia neceſſaria, non ſuffi-
ceret tacita denunciatio, & quòd ex uerbis quis taci-
tè incitari diceretur, quoniam forma ſtatuti eſt ad un
guem, & ſpecificè obſeruanda, non autem tacitè, nec
per æquipollens iuribus uulgaribus, & ex præmiſſis
colligitur. Et ita iuris eſſe concludo. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Statutum, quòd quis rem ſuam certæ perſonæ uendere teneatur, eſt exorbitans, & reſtringendum, ac intelligendum in proprijs terminis, in quibus loquitur.*

2 *Statutum præſupponens certam qualitatem locum non habet, niſi qualitas illa adſit, uel adeſſe probetur.*

3 *Statutum loquens de domibus diuiſis, quæ à principio fuerunt ſub uno contextu, & tecto, quomodo, ut locum habeat, domus ſub uno contextu, & tecto eſſe debent.*

4 *Conſentiens uenditioni, & alienationi uoluntariæ rei, ad quam emendam ipſe erat ex diſpoſitione ſtatuti requirendus,*

iuri